

quoque fuit Mediolani in ecclesia beati Ambroxii coronatus.
Tercio quia Mediolanensis archiepiscopi precipua dignitas est, si presens fuerit, [sancto Petro et eius] vicario ad imperium [promovendum regem] representare et eum in processionibus ex parte sustentare sinistra. Unde legitur in libro Benzoni, qui fuit Albensis episcopus, quod ex una parte apostolicus, ex altera vero Ambrosianus archipontifex in processione regem sustentant.

III. Huius autem dignitatis officium, cum Curradus secundus per Heribertum Mediolanensem archiepiscopum coronatus in appostolorum basilica foret appostolica consecratione ad culmen sublimandus imperii, Ravennas archiepiscopus, nomine similiter Heribertus, usurpare presumpsit, regis temerario ausu manum invadens ac tenens. Quod quidem facinus in omnium presullum conspectu vehementer displicuit. Orta igitur ob hanc rem sedicione non modica, tunc ipse rex causam tumultus interrogans et rei veritatem cognoscens, confestim gradum consendens sic est contionando locutus: « Certum quidem est, reverendi patres, quia sicut privilegium est Appostolice Sedis consecratio imperialis, ita et Ambroxiane sedis privilegium est electio regalis et etiam consecratio. Unde ratum videtur, ut manus que benedicit et regi coronam prius imponit, si presens affuerit, sancto Petro et eius vicario regem representet ad imperium promovendum; quatinus Ambroxiano testimonio iure valleat imperare, quoniam Ambroxiana consecratione didicit et cepit regnare».

Hiis dictis archiepiscopus Ravennas, qui primam sedem in nuptiis temerarie occupando ellegerat, a domino convivii motus, ut ibi alter dignior locaretur, erubuit. Post dies aliquot indicta est auctoritate appostolica synodus, in qua quidem constitutum fuit ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas archiepiscopus nullo modo in eternum se Mediolanensi preferrat archiepiscopo; quod quidem si forte presumpserit, canonice legi subiaceat. Unde in Decretis distinctione xvii etiam legitur: « Hoc quoque notandum est, quod hoc in concilio et in alia synodo Simachi pape ante Ravenatem episcopum mediolanensis episcopum subscripsisse et respondisse legitur. Ex quo et sedis prerogativam ante eum habere colligitur». Ut enim Gregorius Siagrius episcopo Augustodiensi ait: « Episcopus secundum ordinationis sue tempus sive ad

dòpo l'è staa anca incoronaa a Milan in de la gesa del beato Ambroeus.

Terz, perchè l'è on onor precis de l'arcivescov milanes, se l'è present (a Ròma), de presentà a san Peder e al sò vicari el rè che el gh'ha de diventà imperador, e in di procession tegnill sù da la part sinistra. Per quest se leg in del liber del Benzoni, che l'è staa vescov de Alba ⁽¹¹⁷⁾, che in di procession tegnen sù el rè da ona part el Papa, e da l'altra l'arcivescov de Milan.

III. Quand che el Corrado segond, incoronaa da l'arcivescov milanes Eribert in de la basilica di Apòstol, el gh'aveva de vess elevaa in scima a l'imper cont ona apostòlica consacrazion, l'arcivescov de Ravenna, anca lù de nòm Eribert, l'ha creduu de usurpà l'offizzi de la dignità (de l'arcivescov de Milan) brancand cont on gest temerari la man del rè e tegnendola ferma. Sto delitt faa in presenza de tucc i prelati l'è dispiauu tantissim. Gh'è nassuu alora per sto fatt ona agitazion minga de pòcch, tant che el rè medemm, dòpo avè domandaa la reson del rebellott e avè savuu la verità de la ròbba, l'è andaa sù d'on bòtt in sul tròno e l'ha parlaa insci pubblicament: «L'è sicur, reverendi pader, che come l'è privileg de la Sede Apostòlica la consacrazion de l'imperador, insci l'è privileg de la sede ambrosiana l'elezion del rè e anca la soa consacrazion. Donca l'è stabillii che la man che la benediss e l'impòn per prima la coròna al rè, se l'è ch'è a Ròma, la presenta a san Peder e al sò vicari el rè che el gh'ha de vess promoss a l'imper; perchè el sia valid de diritt vess imperador cont el testimonni ambrosian, dal moment che l'ha imparaa e l'ha cominciaa a regnà con la consacrazion ambrosiana».

A sti paròll l'arcivescov de Ravenna, che temerari l'aveva scernii occupandol el primm pòst al spozalizzi, slontanaa dal disnaa dal padron de cà per fà settà giò l'è on alter pussee degn, l'è diventaa tutt ross. Dòpo on quai dì l'è staa intimaa da l'autorità apostòlica on sinod, in doe s'è stabillii che in tucc i question episcopai l'arcivescov de Ravenna in nissuna manera e in eterno l'avia mai poduu vess davanti a l'arcivescov de Milan; che se per caso el pensass de fall, el saria staa miss sòtta la leg canònega. Ecco perchè in de la dersettesima distinzion del Decrett se leg anca: «Gh'è anca de notà quest, che in quest concili e in on alter sinod del papa Simmaco se leg che prima del vescov de Ravenna l'abbia sottoscritt e rispòst el vescov di Milan. Da quest se conclud che prima de lù el gh'ha la prerogativa

concedendum in concilio sive ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus et suorum sibi prerogativam ordinum vindicare ». Quid ni? Nonne beatus Bernabas apostolus, primus nostre civitatis pontifex, hic sedem ellegit, cui omnes archiepiscopi nostri per ordinem successerunt; Ravene vero beatus Apolinaris, non apostolus, ymo tantum appostolorum discipulus? Nonne hic primum quam in aliis Ytallie civitatibus fondata fuit Ecclesia christiana? Nonne hic est Ambroxianum officium a beato Ambroxio, urbis oriundo Romane, originem conthraens, a totius mundi officio condivisum? Nonne civitas nostra urbis Rome sotia semper extitit fidelissima? Nonne pro Ecclesia Romana sustinuit pressuras innumerabiles, sanguinem suum pro ea sepissime fondens? Maiorem dillectionem nemo habet quam ut quis pro suis amicis ponat animam suam. Amplius dicam: in quo conferri potest Mediolano Ravena? Qui michi totam Ravenam cum diocesi darre voluerit, posito quod hoc fieri possit, non dabo pro ea tantummodo aeris Mediolani temperiem et vivorum foncium copia preciosa.

III. Quid dicam denique de nostre metropolis metropolitani nobilissima dignitate, qui inter ceteros mundi pontifices post summum pontificem tanquam omnium archiepiscoporum dignissimus primicerius et exemptus, non alicui patriarche nec alio primati suppositus, romanos reges Mediolani coronat et per manum dexteram beato Petro et eius vicario representat, ut dixi; qui quotiens papa sinodum facit, sedit a dextera eius parte?

V. Hic quasi alter papa officii Ambroxiani est caput, a totius mundi officio condivisi. Quod quidem divino miraculo Ecclesie Mediolani beati Ambroxii patroni nostri beneficio nobis concessum cognositur et comendabiliter stabilitum. Legitur enim quod Karulus imperator, Pipini regis France filius et Karuli magni genitor, ad Lombardorum dedecus, Adriano tunc papa consentiente, officium Ambroxianum radicitus delere voluit. Qui cum esset Mediolani, omnes Ambrosiano libris titullo sigillatos, quos vel pretio vel dono vel vi aquirere potuit, vel igne consumpsit vel secum ultra montes portavit. Demum, resistente miraculose

de la sede (l'arcivescov de Milan)»⁽¹¹⁸⁾. Gregòri de fatt l'ha dii a Siagro vescov de Autun: «Nun stabilissom che i vescov sia in del settass giò in del concili, sia in del sottoscriv, sia in qualunque altra ròbba, ciappen i sò pòst a segunda del temp de la soa ordinazion e pretenden per lor i prerogativ di sò grad»⁽¹¹⁹⁾. Perchè nò? L'ha minga fòrsi miss ch'è la sede el beato apòstol Barnaba, primm vescov de la nòstra città, che a lù gh'hinn vegnuu adree tucc i nòster arcivescov; e invece a Ravenna l'ha missa el beato Apollinar, che l'è minga on apòstol, ma domà el scolar di apòstol? L'è minga fòrsi stada fondada ch'è la Gesa cristiana prima che in di alter città d'Italia? L'è minga ch'è fòrsi che gh'è el rito Ambrosian, ch'el deriva dal beato Ambroeus, ch'el ven da la città de Ròma, e che l'è divers dal rito de tutt el mond? La nòstra città l'è fòrsi minga restada semper fedelissima amisa de la città de Ròma? L'ha minga fòrsi sostegnuu innumerevol pression per la Gesa Romana, e l'ha minga spantegaa de spess el sò sangu per lee? Nissun el merita amor pussee grand de chi el metta la soa anima a favor di sò amis. Ma disaroo de pù: in che ròbba Ravenna la pò paragonass a Milan? Chi me voress regalà tutta Ravenna con la soa diòcesi, amess ch'el se pòda fà, mì ghe daria per quest nanca el clima de Milan e la preziosa abondanza di sò sorgent viv.

III. A la fin cosa disaroo de la dignità nobilissima del metropolitan de la nòstra metròpol, che fra tucc i alter vescov del mond, dòpo el Papa, l'è el pussee degn de tucc i arcivescov, l'è el primm e l'è esentuaa, l'è minga sottopòst a nissun patriarca né a alter primaa, l'incoròna a Milan i rè roman, e je presenta con la man destra al beato Peder e al sò vicari, come hoo dii; e che tu tucc i vòlt che el Papa el fa on sinod, el se setta giò a la soa destra?

V. Come se el fudess on alter Papa l'è el capp del rito Ambrosian, divers dal rito de tutt el mond. Se sa che sto rito l'è staa concess per miracol divin a nun e a la Gesa de Milan per benefizzi del beato Ambroeus nòster patron⁽¹²⁰⁾, e lodevolment stabilii. De fatt se leg che l'imperador Carlo, fioeu del rè de Francia Pipino e pader de Carlo Magno, el voreva tajà ai radis el rito Ambrosian⁽¹²¹⁾, per el desonor di Lombard e col consens del Papa del temp Adrian. Intanta che l'era ch'è a Milan, tucc i liber cesellaa de rito Ambrosian che l'ha poduu avè ò per acquist ò per regall ò con la fòrza, ò i ha brusaa ò i ha portaa con lù de là di montagn. A la fin, con la resistenza miracolosa de la

Dei clementia, stabilitum est a curia romana ut liceat Ambroxiane sedi misterium divinum a beato Ambrosio devotissime ordinatum perpetuo celebrare. Et est manifestum quod, sicut quodam nostro ecclesiastico gaudemus officio, sic etiam facimus carnisprivium ab extranearum gentium carnisprivio condivisum. Et in hoc etiam hostenditur Mediolanensium dignitas et gloria specialis.

VI. Patet quoque hic alia ratione nostre civitatis dignitas pretiosa; quoniam ab antiquis patribus hucusque est solemnicatum ut Mediolanensibus de suis peccatis liceat in sua diocesi penitentiam facere; quod quidem inauditum est alibi posse fieri, nisi falor.

VII. Hoc etiam dignitatem nostram vehementer adauget, quoniam civitas ista Romam ceterasque Italie civitates etiam metropolitana dignitate atque in divinis officiis et Ecclesie sacramentis temporis ratione precessit. Nam beatus Barnabas apostolus anno quarto priusquam beatus Petrus apostolus in urbe Roma sedem locaret, [factus est huius] civitatis episcopus, anno videlicet tertidecimo [post Christi] passionem, qui in episcopatu suo septem annis sedit. Post Barnabam reliqui santissimi [fuerunt] episcopi, quibus ipse omnes Lombardie supposuit [episcopos], eos metropolitano sublimans honore. Fuerunt enim antiquitus quam multi sub nostro metropolitano episcopi; sed postmodum, factis alibi novis metropolitans, in tantum subtracti fuerunt, quod tempore Iordanis archiepiscopi Mediolanensis tantum in decimo octavo numero remansere. Postmodum rursus quatuor subtractis, hodierno die quatuordecim tantum archipontifici nostro episcopi suffraganei sunt subiecti. Et est hoc loco notandum quod post Barnabam apostolum hucusque nonaginta unus archiepiscopi in civitate nostra sedere, quorum triginta unus in sanctorum confessorum numero sunt descripti. In quorum quidem numero fuit beatus Ambrosius, duodecimus archipontifex, de quatuor doctoribus Ecclesie principalibus unus, ceteros in omni sapientia et virtute precellens, cuius etiam gratia nostre civitatis honor et dignitas adaugetur. Hic fuit, uti dictum est, qui, Deo inspirante, Ambrosianum conpillavit officium, quod annis viginti duobus fuit ante inventionem Romani officii conpillatum.

clemenza del Signor, l'è staa stabillii da la curia romana che l'era permess a la sede Ambrosiana celebrà per semper el misteri divin ordinaa inscì devòttament dal beato Ambroeus. E l'è nòto che, come gòdom de on rito ecclesiastich tutt nòster, inscì femm anca on carneval divers dal carneval di gent forestee. E anca in quest i Milanese se destinguen per dignità e glòria special.

VI. La preziosa dignità de la nòstra città la risulta ciara anca per on'altra reson; dai pader antigh fina incoeu l'è stabillii solennement che ai Milanese l'è concess fà penitenza di sò peccaa in la soa diòcesi; quest, se me sbagli nò, el s'è mai sentuu che on alter el podess fall.

VII. Ma anca quest el fa cress con fòrza la nòstra dignità, che questa città l'è rivada prima de Ròma e di alter città d'Italia anca in de la dignità metropolitana e in di offizi divin e in di sacrament de la Gesa. De fatt el beato Barnaba apòstol quattr'ann prima che el beato Peder apòstol el mettes la sede in de la città de Ròma, l'è staa faa vescov de Milan in de l'ann tredicesim dòpo la passion de Crist, e per sett ann l'è staa in del sò vescovaa. Dòpo Barnaba gh'è staa i alter santissim vescov, che lù l'ha tiraa sù a l'onor metropolitan e el gh'ha mettuu sòtta tucc i alter vescov de Lombardia. In di temp andaa de fatt eren tanti i vescov sòtta al nòster metropolitan; ma poeu, dato che eren staa faa di noeuv metropolitan in alter sit, n'hinn staa tiraa via tanti che al temp de l'arcivescov milanese Giordan eren restaa domà in desdòtt. Poeu dòpo n'è staa tiraa via alter quatter, tant che al dì d'incoeu domà quattòrdes⁽¹²²⁾ vescov hinn soggett come sottopòst al nòster arcivescov. E a sto pont gh'è de notà che dòpo Barnaba apòstol fina incoeu gh'hann avuu la soa sede in de la nòstra città novantun arcivescov, e de questi trentun hinn in del numer di sant confessor. In sto numer gh'è denter anca el beato Ambroeus, dodicesim arcivescov, vun di quatter principai dottor de la Gesa, superior di alter in ogni sapienza e virtù, e grazie a lù hinn diventaa pussee grand l'onor e la dignità de la nòstra città. L'è staa lù, come disen, che ispiraa dal Signor, l'ha redigiuu el rito Ambrosian, che l'è staa faa vintiduu ann prima de l'invenzion del rito Roman.

VIII. Patet quoque hac alia ratione Mediolanensium dignitatis nobilitas. Tres enim fuerunt de nostris concivibus Ecclesie Romane summi pontifices: videlicet Alexander secundus de Capitaneis de Badagio, Celestinus de Casteliono et Urbanus tercius de Crivelis. Duo etiam fuerunt Romanorum imperatores, Valerianus et Galienus. Fuit quoque magister Petrus de Buxero in Ungaria Ecclesie Romane legatus. Fuerunt et hii cardinales: Petrus mediolanensis, Galdinus de Salla, Ubertus de Pirovano, [Zonfredus de] Casteliono, Comes de Caxate, Petrus [Grossus], cuius vitam scientie ac virtutis prosperitate hic Deus adaugeat et post vite transitionem eius animam sublimet ad sidera. Fuerunt preterea quam multi extranearum civitatum pontifices advocati, de quibus nichil ulterius est dicendum. Vivit quoque vir nobillissimus nostre civitatis oriundus, Raymondus de la Turre, Aquilegie patriarcha. Quid dicam de secularibus nostris civibus nobilissimis quot ad diversarum civitatum regnum advocantur? Quid ni? Sicut enim sunt nobilles ortu, sic quoque pars maior eorum nobilitatis fructus ubique hostendunt. Quid esset si, cessante invidia, sese diligenter invicem et sue consulere patrie bona fide? Credo firmiter quod eorum regimini tota Lombardia de facili subiaceret. Iam vidistis tot et tanta talis et tante urbis magnalia, que de bono prospicit in melius et proficiet, nisi dentibus invidie sua sponte se ipsam discerpat.

VIII. Hoc loco notandum est quod sex sunt specialia, quibus Mediolanum specialiter omnem civitatem precellit, uti michi videtur. Primo, ratione copie bonarum aquarum. Secundo, ratione copie atque honestatis religiosorum. Tertio, ratione frequentie sapientum iuris peritorum colegii. Quarto, ratione divini officii specialis ab omni aliarum civitatum Christianorum officio ecclesiastico separati et etiam carnisprivii. Quinto, ratione dignitatis archiepiscopatus. Sexto, ratione fidelitatis excelentis, quam constanter, sicut per eius gestorum descriptionem perpendi potest, Ecclesie observavit.

X. Duo sunt in ipsa civitate, si michi dicere liceat, speciales defectus: videlicet civilis concordie et portus, quo ad ipsam valeret marinum perduci navigium; quorum utroque si foret supplimento potita, inde mirabilis utilitas et glorie sequeretur

VIII. L'è ciara anca per on'altra reson la nobiltà de la dignità di Milanés. De fatt trii di nòster concittadin hinn diventaa Papa de la Gesa Romana: e cioè Alessander segond ⁽¹²³⁾ dei Capitani de Bagg, Celestin di Castiglion ⁽¹²⁴⁾ e Urban terz di Crivell ⁽¹²⁵⁾. Duu hinn staa anca i imperador di Roman, Valerian e Gallien ⁽¹²⁶⁾. Gh'è staa anca el maester Peder de Busser, ambassador de la Gesa Romana in Ungheria. Cardinali hinn staa: Peder milanés, Galdin de Sala, Ubert de Piroven, Goffred di Castiglion, Cont da Casaa, Peder Gròss, che el Signor el ghe slonga la vita con la scienza e la prosperità de la virtù, e dòpo el passagg de la vita ch'el ghe pòrta l'anima fin ai stell ⁽¹²⁸⁾. Desorapù hinn staa tanti quei che hinn staa ciamaa a fà el vescov de città forestee, ma de questi sarà dii pù nagòtt d'alter. L'è anmò viv on òmm nobilissim nassuu in la nòstra città, Raimond de la Torr, patriarca de Aquileia. Cosa disaroo de chi nòster nobilissim cittadin secolar che hinn staa ciamaa al governa de diversi città? Perchè nò? Come de fatt hinn de nobil origen, inscì anca la maggior part de lor la fa vedè depertutt el frutt de la nobiltà. Che cosa succedaria se, pientada li l'invidia, se amassen con diligenza vun con l'alter e gh'avessen cura de la soa patria in bònna fed? Mi credi debon che mettarien sòtta facilment al sò domini tutta la Lombardia. Oràmai avii vist tai e tanti grandoeur de tal e tanta città, che dal ben la se moeuv al mej e la farà di progress, se la se sbranarà minga deperlee spontaneament cont i dent de l'invidia.

VIII. A sto pont gh'è de notà che hinn ses i particolarità per i quai, segond a mi, Milan l'è superior in maniera special a ògni città. Primm, in reson de l'abondanza de acqua bònna. Segond, in reson de l'abondanza e de l'onestà di religios. Terz, in reson de la quantità di sapient in del colleg di dottor in leg. Quart, in reson de l'offizzi divin special separaa da ògni offizzi ecclesiastich di alter città di Cristian, e anca del carneval. Quint, in reson de la dignità de l'arcivescovaa. Sest, in reson de l'ecelent fedeltà che l'ha costantemente mantegnuu a la Gesa, come se pò stimaa da la descrizion di sò att.

X. Duu hinn in sta città, se mi pòdi dill, i difett particolar: cioè quell de la concòrdia civil e quell del pòrt, ch'el permetta ai navili marin de rivà fin a lee ⁽¹²⁹⁾; se la podess suppli a tucc e duu, ghe vegnarien adree on meraviglios vantagg e on aument de la glòria. Per el primm difett

prosperitas. Ad quorum primum spero quod orationes iustorum valebunt; secundus vero supleri valeret, si huius terre potentes ad hoc opus complendum sic suas exercerent potentias, velut in destruendo se invicem et a suis concivibus ut in suis fulciantur maliciis peccunias extorquendo.

Patet per iam dicta quod civitas nostra in mondo, computatis omnibus, parem non habet; patet quod sit quasi alter mundus ab altero condivisus; patet quod non tantum secunda Roma vocari meretur, ymo; si michi liceret quod fari deberet, ut non imputaretur michi presumptioni; meo quasi dignum et iustum videretur iudicio sedem papalem et reliquas dignitates ad eam totaliter huc transferri.

XI. Naturaliter siquidem et per se nostra est civitas nobilitatis gratia predotata. Sunt enim quedam civitates, que per se in multa claritate non essent: sed extraneorum gentium frequentia, studiorum vel alterius rei alectacione in ipsis hospitantium, quibus abstractis claritatis earum remissio fieret, prestat eis valoris augmentum et glorie; sicut Parisius et Bononia et cetera civitates in quibus liberalium artium fit Studium generale. Et hoc non improbo, ymo aprobo, dum tantummodo earum mulieres nichilominus pudice permaneant et earum viri delusi pro filliis legitimis non nutriant filios alienos. Hoc autem multo fortius aprobo, quoniam civitas ipsa non per extraneorum hospitem frequentiam, sed potius per se naturaliter prosperatur in gloria. Et quod est nostre laudis augmentum, tanta est eius naturalis nobilitas, ut ipsius vigor multis extraneis civitatibus prestat fomentum, sicut Cumanis et etiam transalpinis. Hic enim quam plurima bona multiplicantur, que cottidie in copia disperguntur.

XII. Ex ipsius ergo interpretatione vocabuli cognositur civitas nostra. Incipit enim MEDIOLANUM ab M et in eandem litteram disinit. In ipsius medio due sunt littere, silicet O & L. Per M primum et ultimum, quod ceteris elementis est lacius, significatur Mediolani glorie latitudo dilatate per orbem terrarum. In principio et in fine per M quoque intelligitur milesimus numerus, ultra quem non est simplicis numeri simplex vocabulum; et sic perfectum simplicitatis dat intelligi numerum, per quod quidem significatur quod Mediolanum a principio usque ad seculi finem connumeratum est et connumerabitur in perfectarum numero

mì sperì che vararann i descors di giust; al second se podaria passagh a sora se i potent de questa terra esercitassen la soa potenza per el compiment de l'òpera inscì come la droeuven per trass a tòcch vun con l'alter e in del portà via danee ai sò concittadin per vess tegnuu sù in di sò sceleragin. Per quell che emm dii l'è ciar che la nòstra città, tutt consideraa, ghe n'ha minga voeuna de sò pari al mond; l'è ciar che l'è quasi on alter mond separaa dal rest; l'è ciar che la merita minga de vess ciamada domà Ròma segunda, anzi; se a mì me fudess concess de dì quell che dovaria, senza che mì sia imputaa de presunzion; al mè giudizzi quasi pararia degn e giust che la sede papal e i alter dignità fudessen portaa chì tucc in de lee.

XI. Perchè la nòstra città l'è dotada de nobiltà per natura e per sò merit. De fatt gh'è de chi città che per sè stess sarien minga tant famos: però la frequenza de gent forestee, che vann lì a stà de cà per la lusinga di studi ò de alter ròbb, e senza de lor i città perdarien la nòmina, la ghe fa cress el valor e la glòria; come Paris e Bològna e i alter città in doe gh'è on Studi general de art liberai. E a quest mì disi minga de nò, anzi disi de sì, basta domà che i sò dòn resten impunemanch onest e i sò òmen gabaa mantegnen minga fioeu di alter come fioeu legittim. Disi però de sì moltò pussee fòrt se la stessa città la cress in glòria minga per la frequenza de gent forestee, ma puttòst per soa natura. E quell ch'el fa cress el nòster elògio, tanta l'è la soa nobiltà natural, l'è che el sò vigor el da ristòr a tanti città forestee, come Còmm e alter de là di Alp. Chì de fatt se mucchen sù tanti ben che tucc i dì vegnen mandaa de chì e de là in abondanza.

XII. Del rest da l'interpretazion del sò stess nòm se pò conoss la nòstra città. De fatt MEDIOLANUM el comincia con la M e el finiss con sta lettera. In del sò demezz gh'è dò letter, cioè la O e la L. La prima e ultima M, che l'è la pussee larga di alter element, la voeur significà la grandezza de la glòria de Milan spantegada per tutt el mond. Con la M in prencippi e a la fin se intend anca el numer mila, dopo el qual el gh'è nò on numer sempliz ch'el gh'abbia on nòm sempliz; e come le fa capì on numer perfett per la soa semplicità, inscì la significa che Milan, dal prencippi fina a la fin di secoi, l'ha faa part e el farà part del numer di città perfett. La O, che l'è voeuna di dò che